

plenilunio instante. malina nasci contigerit. idem aestus co ta
die per septem malinae dies subsequentes. fit maior & uiolentior
aestu matutino. ¶ Similiter matutino si fuerit malina or ta sub aestu.
matutinus iam maiori per dies contegit aequore terras. ¶ Porro
uesperti nus. finibus quos matutinus aestus coeperat contentus.
ulterius cursum extendere neglegit. Quamuis quibusdam in
mensibus uterq; aestus in dissimili per omnia cremento proficit. ¶
Quanto autem plus aestus maior litora terrasq; contexerit. &
fluuios aefretla compleuerit. tanto latius recedens. eadem litto
ra maris exhaurire atq; enudare consueuit. ¶ Unde uideat qui
potest an uerum sit. quod philippo teste ferunt quidam atq; confir
mant. illam immensam maris oceani effusionem per omnium re
gionum de patriarum fluuios rarum uno puncto temporis fieri.
Scimus enim nos qui diuersum britannici maris litus incolimus.
quod ubi hoc aequor aestuare coeperit. ipsa hora aliud incipiat
ab aestu defer uere. ¶ Et hinc uidetur quibusdam. quia rece
dens alium de alio rsum unda recurrat. Iterumq; relictis quos
adierat finibus. priores festina repetat. Loco que se ad tempus
maior malina his litoribus abiens amplius abducat. ut alibi
aduenies amplius exundare sufficiat. ¶ Quod ex lunae cursu
potest facillime deprehendi. ¶ Verbi gratia. hoc mare posita
circa brumalem solis ortum uel solstitialem eius occasum luna
cuius cumque aclatis. siue super terrum seu sub terra sit. aestum
sol & attollere. At posita circa brumalem solis occubitum uel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Staatsbibliothek
zu Berlin
Preußischer Kulturbesitz
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_msphillipps1869/0110